

una cum sigillo nostro ipsorum sigillis, quia eorum consensum voluntarium adhibuerunt, dignarentur hanc paginam in testimonium roborare. Actum anno domini M°. CC°. LX°. III°. VII°. Kal. Maii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit den Siegeln des Burggrafen, des Capitels (etwas beschädigt) und des Bischofs an hellrothen seidenen Fäden.

Hasche Magazin VII. S. 593.

No. 197. 1264. 27. Apr.

Der Probst und das Capitel des Erzstifts Magdeburg beurkunden, dass der dasige Domherr Heinrich, Sohn des Grafen von Brena, Eigen an den Bischof von Meissen verkauft und darauf in Form Rechtens resignirt habe.

Nos dei gratia Albertus praepositus, Theodericus decanus totumque sanctae Magdeburgensis ecclesiae capitulum, universis praesentes litteras inspecturis salutem in omnium salvatore. Ne ea quae geruntur in tempore, labantur simul cum tempore, modernorum consuetudo obtinuit laudabilis et honesta, quod ad aeternam rei memoriam scripti testimonio perhennentur. Hinc est quod universis tam praesentibus quam futuris volumus esse notum, quod Heinricus filius comitis de Brenen, ecclesiae canonicus nostrae in nostra praesentia proprietatem quorundam bonorum Tyberne nomine cum omnibus suis attinentiis resignavit. Quam proprietatem venerabilis dominus Albertus Misnensis episcopus suae ecclesiae pro quadam summa pecuniae comparavit. Renunciavit etiam idem Heinricus omni actioni, exceptioni et iuri, quod sibi possit in dictis bonis in posterum suffragari. In cuius rei testimonium praesentem paginam desuper conscriptam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Actum Magdeburg in capitulo maioris ecclesiae anno domini M°. CC°. LXIII°. quinto Kalendas Maii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem wohlerhaltenen Siegel an einem Pergamentstreifen.

No. 198. 1266. 24. Juli.

B. Albert eignet dem Capitel ein von ihm erkaufte Allod und zwei Hufen Landes zu seinem Seelenheil und zum Gedächtniss zweier Verstorbenen.

Albertus dei gratia Misnensis episcopus omnibus praesentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ea quae ad pietatis usus devotionis intuitu erogantur, benignitatis sollicitudine merito ratificantur. Notum sit igitur universis praesentem paginam inspecturis, quod ob remedium peccatorum et salutem animae nostrae nec non felicitatis recordationis Vlrici quondam Bvdessinensis praepositi et Cunradi dicti Mardochei allodium in Warta^{a)}, quod ab hospitali comparavimus et duos mansos, quos etiam emimus a Cunrado dicto de Warta, cum omnibus attinentibus praedicto allodio, silvis, pratis, pascuis, viis, inviis, sive quibuscunque aliis et similiter praedictis mansis duobus a Cunrado comparatis dedimus cum omni iure ac utilitate, quae

a) Niederwartha, Par. Weisstropp.